

Romae olim apud Farnesios, lamina aenea formae circularis, collari sine dubio olim offixa (XV 7174 bis vel semel descripta saec. XVII). — 1) Cf. supra N. 1953 not. 1. — 2) Locus praeterea non memoratus.

8727 Asellus se|rvus Praeiecti | officialis praefec|ti annon[e]s, foras mu|ru exivi, tene me, | quia fugi, reduc | me ad Flora | ad tosor|es¹.

Velitris dicitur rep., lamina aenea formae circularis, postea Parisiis (XV 7172 Huelsen vidit ectypum; Coll. Tyskiewicz 1898 p. 59 n. 164). — 1) De tonsorium statione ad aedem Florae prope circum maximum sita cf. Huelsen ad VI 31900.

8728 serv. sum | Leonti scrin. s.¹, | tene me ne fugia | et revoca in cliv|o Triario².

Romae olim, lamina aenea formae circularis (XV 7178 ter descripta saec. XVI. XVII). — 1) Scrinarii senatus? (vide ne fuerit scrin. cum interpunctione). — 2) Vicus triarius fuit in regione urbis duodecima (supra N. 6075).

8729 tene me, ne fugiam, et revoca me in foro Traiani in purporetica¹ ad Pascasium dominum meum.

Romae olim, nummus aeneus cuius facies ideo abrasa, ut inscriptio ibi collocaretur (XV 7191 aliquoties ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Est porticus porphyretica memorata vit. Probi 2.

8730 ☉ tene me ☉ | et revoca me in | foro Martis ad | Maximianum | antiquarium (in parte aversa) tene me qui|a fugi et revo|ca me in Celi-mon|tio ad domu El|pidii v. c. | Bonoso ☽.

Romae, lamina aenea ansam habens perforatam (XV 7190 delineavit de Rossi bull. arch. crist. 1874 tab. II fig. 1. 2 cf. p. 41).

8731 fugi, tene me; | cum revocu|veris (sic) me d. m.¹ | Zonino, accipis | solidum.

Romae, lamina aenea formae ovatae, collari ferreo adnexa (XV 7194 vidit Dressel). — 1) Domino meo.

8732 tene me, fugio, reboca me in Greco stadio¹ Eusebio mancipe.

Romae, collare aeneum (Marucchi Nuovo bull. arch. crist. 1902 p. 126; Huelsen Mitth. arch. Inst. Rom. 1905 p. 11). — 1) De Graecostadio (vit. Pii 8, 2, cet.) diverso a Graecostasi temporum antiquiorum, cf. Huelsen l. c.

8733 iussione | ddd. nnn.¹, ne | quis servum | alienum | susci|peat.

Romae ut videtur olim, lamina aenea folii hederacei forma et superne ansa munita (XV 7171 in Anglia vidit Huebner). — 1) Cf. Mommsen jur. Schriften 2, 358.

Signacula medicorum oculariorum.

Inscriptiones quae sequuntur incisae sunt in lateribus angustis (marginibus) parvorum lapidum planorum quadratorum: tales lapides a medicis oculariis in Gallia polissimum — nam ibi plerique reperti sunt — adhibitos esse ad signanda collyria (arida collyria, ξηροκολλύρια; Galen. περί συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τὸ πῶς 4, 6, XII p. 725 ed. Kuehn) quas confecerant, ex ipsis inscriptionum verbis